

trigesimustertius

te uestes ac uasa aurea argenteaq; & ea colligata nodi non annuli nota. Sortiti quoq; contra puo-
tionē duces nō annulis tradit: Fabricæ ēt deū fibulas: & aliam mulieribus cultus: sicut in aures in pri-
mordio factitasse sine mentione annulor; & qui primus instituit contanter id fecit: leuisq; manib;
ac latentibus induit cū si honos securus fuisset: dextra fuerit ostendendus. Quod si impedimentū po-
tuit in ea aliquod intelligi: etiā confertoris usu argumentū est maius in leua fuisse qua scutū rapitur.
Est quidem apud eundē homerum u. rorum crinibus aurum implexum. ideo nescio an prior usus a
fœminis cœperit. Romæ quidem non fuit aurum: nisi admodū exiguum longo tempore. Carte cū
a gallis capta urbe pax emeretur: non plus quam mille pondo effici potuere. nec ignoro. M. Crassū
duo milia pondo alii rapuisse suo: & Pompeii tertio consulatu e capitolini iouis folio a Camillo ibi
condita: & ideo a plerisq; existimari duo milia pondo collata. Sed quod accessit: est galloꝝ p̄da fuit:
detractūq; ab his in parte captæ urbis delubris. Gallos autem cū auro pugnare solitos. Torquatus in
dicio est. Apparet ergo galloꝝ templorumq; tantūdem nec amplius fuisse. Quod quidem in augu-
rio intellectū est: cum capitolinus duplum reddidisset. illud quoq; obiter indicari conuenit: quoniā
de annulis sermonē repetimus: aditū custodiae eius deprehensum fracta in ore annuli gemma sta-
tim expirasse. & indicū ita extinctū. Ergo ut maxime duo tantū milia pondo cum capta est. Roma
anno trecentesimo. lxxiii. fuere: cū iā cap. tum liberoꝝ censa essent. c. lxx. milia quingenti. lxxxiii. eadē
post annos. ccc. vii. quod ex capitolinæ ædis incendio cæterisq; omnibus delubris. C. Marius fili⁹ p̄-
neſte detulerat tredecim milia pondo: sub eo titulo in triumpho tranſtulit Silla. & argenti. vii. milia
idē ex reliqua oī uictoria p̄de tranſtulerat auri p̄do. xy. milia: argenti p̄do. c. xy. milia. frequēti⁹
autem usus annulor; non ante. Cn. Flauū anni filiū deprehēditur. Hic nanq; publicatis diebus fastis
quos populus a paucis principū quotidie petebat: tantam gratiam plebis adeptus est: alioquin liber-
tino patre genitus: & ipse Apū Cæci scriba: cuius hortatu exceperat eos dies: consultando assidue sa-
gaci ingenio promulgaueratq; ut ædilis curulis crearetur cū. Qu. Anitio prenestino: quā paucis ante
annis hostis hostis fuerat: preteritis. C. pitilio & Domitio: quor; patres cōsules fuerāt. additū flauio
ut simul Tribanus plebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exarsit ut annulos ab eo abie-
ctos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit plerisq; qui tū & equestrestre ordinē id faci-
se arbitrantur. Etenim abiectū hoc quoq; Sed & phalerax posita propter quæ nomen equitū adiectū
est. annulos quoq; depositos a nobilitate in annales relatū est: non a senatu uniuerso. hoc actum. p.
Sempronio longo. L. Suspitio cons. flauius uouit ædem concordia: si populo recōciliasset ordines.
& cū ad id pecunia publica non decerneretur: ex mulctaticia fœneratoribus condemnatis ædiculam
æream fecit in græcostasi: quæ tunc supra comitiū erat. inciditq; in tabula ærea eā ædem. ccc. quattu
or annis post capitolinam dedicatam. ita quadringentis: xlyiii. a condita urbe gestū est: & primū an-
nulor; uestigium extat. promiscui autē usus alterū secundo punico bello. neq; enim alter potniſſet
trimodia illa. annulor; carthaginem ab hannibale mitti. inter cepionem quoq; & Drusum ex annu-
lo in auctiōe nauali inimicitia cœpere. Vnde origo socialis belli. & exitia rerum. ne tum quidē om-
nes senatores habuerunt. utpote cū n. memoria auor; multī prætura functi in ferreo confennerint: si-
cut Calphurniū & maniliū. qui legatus. C. Marii. fuerat iugurtino bello Fenestella tradit. & multi
Fufidiū illum quem Scaurus in uita sua scribit. in Quintioꝝ uero familia aurum ne fœminas quidē
habere mos fuerit. nullosq; omnino annulos maior pars gentiū hominumq; etiam qui sub imperio
nostro degunt hodie habeat: non signet oriens aut ægyptus etiam nūc litteris contenta solis. Multis
hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit. gemmas addendo exquisiti fulgoris: censuq; opimo di-
gytos onerando. sicut dicemus in gemmar; uolumine. mox & affigies uarias cælando. ut alibi ars:
alibi materia esset in pretio: alias deinde gēmas uiolari nefas putauit: ac ne quis signandi e causam in
annulis esse intelligeret: solidas induit. Quasdam uero neq; ab ea parte quæ digito occultat: auro clu-
sit aurumq; milibus lapilloꝝ uilius fecit cōtra uero multi nullas admittūt gēmas: auroq; ipso signāt
ut claudii Cæsaris principatu repertū. nec non & seruitia iam ferrū auro cingunt: alia per sese mero:
auro decorāt cuius licētia origo nomine in samo thracia id institutū declarat. Singulis primō digy-
tis gētere mos fuerat: qui sunt minimis proximi. Sic in nummæ & seruii Tulli statuis uidemus. po-
stea pollicis proximo iduere. etiam deorum simulacris. Dein iuuat & minimo dare Gallia britaniaq;
medio dicuntur usæ. hic nunc solus excipitur: cæteri omnes onerantur: atq; etiam priuatim articuli
minoribus aliis. sunt qui tres uni minimo congerant. alii uero & huic unū tātū: quo signāda signēt
Conditurq; ille ut res rara & ad iniuriæ usus indigna: nelut e sacratio promitur. & unū in minimo
digyto habuisse preciosioris est in recondito suppellectilis ostentatio. iam alii pondera eor; ostētāt
aliis plures q̄ unū gestare labor est. alii bratteas inserunt leuiore materia. & ppter casum gēmar; to-
tā sollicitudinē putant. alii sub gēmis uenena cludūt: sicut Demosthenes sūmus oratorum gratia: an

Græco
stasio

Ampa
taus

Filia